

6

NOBILISSIME VIR. NOBILISSIMO SVMMO

Diligentiam illam tuam, quâ te totum Colo sideribusque probasti dum Byzantij mihi *Ἐξάρχεια* curasti, biennium iam et quantum eius excurrit, quanto perscrutatus introspecti tanto ut mecum veneraretur observantius postoritas conatus sum; et (nisi me fallit *Urania*) etiam asseruit. Ita mihi probe iam subduta sunt rationes: quarum *Loxias* meus demum propediem multoque antior proditurus faciet fidem. Quod dum praestolor, altero intem, nec vero minore bono publicum (pro eo ac illud etiam hac in parte amas) porro bea. Inter eos Libros, quos Magnus *SCALIGER* Bibliotheca Lugdunense legavit, est et *Chronicon Samaritanum*, lingua quidem Arabica sed Characteres Samaritano conscriptum, mirum in ex Hebraeo versum. Quo ex illo citat in Emendatione sua Temporum, parva licet, tanta sunt ac talia ut in illis Thesaurus videre mihi videret zerondos ac verum Ariadne filium quod nos e Labyrintho Temporum extreret. Jam dudum ignoratas hactenus annos *IVBILAEOS* Hebraeorum veterum feliciter cum ex Varijs (etiamque Manuscriptis) auctoribus, consistitigne ut eos retulerit September horum nostra Epochae annorum. 5. 54. 103. 152. 201. 250. 299. 348. 397. 446. 495. 544. 593. 642. 691. 740. 789. 838. 887. 936. 985. 1034. 1083. 1132. 1181. 1230. 1279. 1328. 1377. 1426. 1475. 1524. 1573. postremus cepit anno 1622 proximus imbit Septembris 1671 atque ad eum modum retro porroque continuo. Hanc subductionem meam curanter confirmat istud *Chronicon* pro meo sane intellectu. Quoniam ad Exodum Moysi numerat ab. *Ordo Condito* annos 2794 hoc est Sabbaticos 399 *IVBILAEOS* vero 57 plenos atque integros ut sunt ad mortem Moysi anni 2834, ad eius denique natalem 2714. At vero a Mose (nato! an mortuo?) ad Ingressum Fanaticum (Mahometi) annos numerant 2215: plane ut Mahometes secundum istos cepit vel anno 4929 vel 5049. Sed enim ut illi 2215 anni numerentur a nato Mose (non autem morte eius) verius est et cum *Eusebio* ac *Cytillo* in ipsissimum temporis articulum respicit, praeterquam quod eundem annum Moysi natalis luculentis atque inuictis demonstratio- nibus aliunde quoque habeo firmatum ac constitutum: etiam de ipsius Samaritanum Calendarij numeris ac rationibus *Scaligeri* non intellectis. Quoniam ergo reuoluta annus Samaritanus 4929 Epocham figit Maho- meticae *Hegira*: notost est ut numerentur ante nostram Epocham anni Samaritani 4307 utque annus noster 5 fuit Samaritanus 4312. Quoniam numerum si per 7 et 49 diuidas euendis Sabbaticis ac *Iubilaeis*:

Ea supputatio Sabbaticos largitur 616, hoc est IUBILEOS 77 omnino
et (sicut supra monui) anno nostro quinto IUBILEVM representabit
pro eo ac iam constitutum illum dudum habui, apparuitque Samaritanos
etiam accuratam servare rationem Iubilaeorum nihil usquam luxatorum
aut hiantium, et Calendarium quod Verpi illi obtulerunt Scaligerio
nihil ad annum 1584 pertinere. Egi de his superiore anno tractatu
cum doctissimo Maresio, deque Chronico Samaritano in lucem suam
protrahendo verba magno sermo fieri. Is arrectus tam rerunditarum
rerum expectatione tantumque non impatientia; scripturum se
recepit ad Constantinum L. Imperator Magnam illud Eruditionis fidem
identidemque aurem deliberationum quoad ab illo tandem ederetur.
Quid eius actum sit, quid agatur, nescio: Unum hoc scio, si TV
LITERARVM GENIZ hoc agi voles, bonum factum fore.
Argumentum est nobile, ac curia Viri tua dignum. Virius
duo tua: quoniam postquam per omnes prope orbis angulos soli
ritam eruditos, nemo omnium fuit, qui quantum diligentia quan
titatibus sumptibus (nam et hoc respondent) Chronico Samaritani
alterum exemplar manseri potuerit hactenus, cum tamen Pontateu
sibi exemplaria plura, Libellos praeum, Dictionaria item sua
impetraverint a Samaritanis. Omnes per me oculos conijciunt
in UNVM TE. Tu TVOS oro in me et illos.
Inte tibi ne cessationis meae culpam arguas. Habe domine rem
a longo silentio TE dignam. Problema mihi fecit MERSENNIVS
ante biennium de motu gravium ac quanta sit in singula momenta
velocitas cadentium. Intabat ille lapidem a superficie Telluris
casurum in Centrum spatio sex horarum. Ego multis assiduisque
experimentis tandem assecutus sum verum: Insuperque casum
Lapidis a superficie in Centrum Telluris absolvendum minutis
horarijs duodecim nihil plus nihil minus. Eundem lapidem
si e Luna cadat in Centrum Telluris perventurum minutis 90
hor est, postquam horis. Denique si cadat e Sole, perventurum huc
vno die nihil amplius minusque. Si me dignum iudicabis
amicitia nobilium illis Mathematicorum quid ad haec respondeant
significabis. Digna res est qua non ignoretur diutius. Atque
adeo dum significo ut ista minuta Terrestria illaque 90 Lunaria
facile pronuntiabunt eequa proportione respondentem velocitatem
casus faciam in momenta. Illa ergo tibi definiant. Sin
nequeunt ego proximis libris definiam, et quidem per hunc
usum (qui haec meae tibi tradet) ILL. MARCANI COMITIS
Aulicum Nobilem a quo hoc impetavi, ut meae apud Te N. D.

officiorum vires impleret, candore quam ostentatione plenius
quod te amare ac querere (sic vnicuique). De qua etiam fiducia
spondere mihi audeo favorem erga illum (sicut opus erit) tuum
audeo et in civis meos affectum; cum cavillosa interpretatione
Edictorum Vestrorum Traiecti conflitantes, quod per hanc
calamitates nimis licentiosa impere militia in publica
confestatione et ditioris huius omnis impendente exordio
fuga sibi rebusque ^{suis} consuluerint in Brabantiam, unde res
repeti atque huc referri unde elatae sunt (in legem vetiti
commercij pertrasse videntur insimulari) demorsus nequeant.
Atque adeo Consul noster Traiecti detinetur iam dies aliquot, donec
fideiussorem inueniat qui caueat de rebus ac frumento per tu-
multum illum in Brabantiam illato. Haec misera ut sunt ita pe-
te ut corrigantur quo ad eius fieri potest orat.

Supplex

Mora Nonis Iulij
1636.

TVI SEMPER PLENVS

Godefridus Wendolmus
Pastor Meranus.

NOBILISSIMO VIRO
CONSTANTINO HUGENIO
EQUITI
TOPARCHE IN ZVYLICHEM
Et
PRINCIPIS ARAVSIENSIS
A Consilijs et Secretis
In Comitina Pemoris